



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio I. De existentia voluntatis diuinæ in actu primo, & secundo, ac
vtriusque ordine inter sese.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)



CONTROVERSIA QVARTA
DE DIVINA VOLVNTATE,
EIVS QVE ACTIBVS
vniuersim sumptis.

IN hac Controversia tractari à plerisque prolixè solent, quæ omittenda à nobis meritiò sunt: quia controuersis prioribus, vel in forma vel in materia à nobis definita sunt. An Dei Voluntas, eius Essentia Metaphysica, vel tota, vel ex parte sit? Constat enim ex Controu. 1. d. 2. ad Essentiam Metaphysicam Dei solo prædicato *essendi*, seu entis à se, adequatè ibidem constitutam, nullatenus voluntatem posse pertinere. Simile etiam illud est. Quo pacto voluntas Dei ab eius Essentia differat? an distinctione reali formali absolutè tali? an reali formali ex natura rei? an saltem reali virtuali, quam dicunt? item an distinctione formali rationis obiectiua, siue ex parte obiecti; nec solùm ex parte cognitionis? item formali distinctione obiectiua Voluntatis Diuinæ ab Essentia admissa: an in altera mutuo, vel non mutuo includatur. Quæ omnia decisa pro omnibus Diuinis Attributis, (ex quibus Voluntas Diuina exploratò est) à nobis eadem Controu. 1. d. 3. fuere. Igitur de Diuina Voluntate secundum se sumpta examinanda hîc primum testat existentia, & aliorum vsu, quàm genio nostro, quæ illam probant, rationum qualitates: num scilicet demonstrationes sint, necne? Dein de actus eius necessaria principia. Tertiò: quænam obiecta necessario amare, & prosequi fuge-re, & odio habere ex parte antecedentis teneatur? Quartò, de formali constitutione actus Voluntatis liberi Diuini. Quintò, de ordine intentionis, & executionis inter liberos Dei actus. Sextò, de intentione efficaci, & inefficaci eiusque obiecto: an absolutum, an conditionatum esse queat?

CERTAMEN I.

*Voluntas Dei in actu primo ab Autho-
ritate statuitur.*

1. **A**ristoteles, Theophrastus, & ex Peripateticis alij, atque Averroes, Auicenna, & Porphyrius, teste Alberto libro de causis apud Dionysium Carthusianum in 1. d. 4. §. 1. col. 3. Deo voluntatem in actu primo negasse videntur; quia omnis voluntas appetitus est boni appetenti deficientis: cum tamen Deo nihil possit deficere; quare neque alicuius appetitus, aut Voluntas in eo esse. Cæterum Albertus ipse rectè eos Philosophos interpreta-tur, ut boni non habiti, & deficientis, quo ipse perficiatur, eiusque, quoad commodum ipsius intersit, appetitum, & voluntatem solummodo negarint, non autem absolutè: siquidem, nec boni, ac perfectionis suæ complacentiam (quæ sine voluntate adesse Deo nequit) negarunt, neque eorum rationes contra id probant, neque contra appeti-tum, & desiderium rerum, quæ aliorum intersunt. Secun-do, cum Aristot. & Plato mox recitandi Dei voluntatem expresse agnouerint, & vtrumq; sæctati citati reliqui sint, etiam Porphyrius, non potuerunt iisdè Dei voluntatem, nisi dato, ut summum, sensu negare. Nonnulli tamen apud sanctum

DISPUTATIO PRIMA.

*De existentia Voluntatis Diuinæ in actu
primo, & secundo, ac vtriusque
ordine inter se se.*

De prius recta methodo examinandum: quia Con-
trouersie subiectum primum est; & quod reliqua,
& quibus disputabitur, necessario supponant.

QVÆSTIO I.

An Deo Voluntas in actu primo adsit?

Prævis exploratò adeo Veritatis disputanda Philoso-
phorum aliquos, neque ignobiliorum, vel re ipsa ex-
plicitè, vel (quod verius puto) ex praua aliorum intelli-
gentia ipsi impositus locum fecit.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

sanctum Thomam q. 2. de veritate art. 1. in corpore asserentes, Scientiam, & Amorem, metaphoricè solum Deo convenire, & solum amoris & scientiæ nostræ causam esse, negasse consequenter illam videntur, factis enim amoris proprii divini actibus impossibilibus, & voluntas propriæ, quæ eorum propriæ actuum potentia, & facultas essentia & conceptu suo est, redditur Deo impossibilis.

2. Sed enim sententia hæc, cuiuscunque fuerit, vel deum possit hæc sit, falsitatis ex sacra pagina convincitur: quia etsi nihil in Scriptura Sacra expressum inveniam de Voluntate Dei in actu primo (vt locis iam subiiciendis quibus Conclusio hæc probari potest, vt solet, clarebit) id tamen ex illa deducitur libris, foliisque penè omnibus. Gen. 27. *Voluntas Dei fuit, vt ei mihi occurreret, quod volebam.* Psalm. 29. *Via in voluntate eius: & intra, in voluntate tua præstisti decori meo virtutem.* Gen. 45. *Non vestro consilio, sed Dei Voluntate huc missus sum.* Psalm. 103. *Omnia quæcumque voluit fecit.* Sap. 11. *Subest tibi, cum volueris posse, & intra: Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses?* Matth. 26. *Non sicut ego volo, sed sicut tu, & inferius: Fiat voluntas tua.* Quibus similia de Oratione Christi in hortu, & alij Evangelistæ. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum,* cap. 5. *Pater diligit Filium,* cap. 14. *Sicut dilexit me Pater, infra. Pater meus diligit eum,* cap. 16. *Ipse Pater amat nos:* ad Rom. 12. *Vt probetis, quæ sit voluntas Dei:* ad Ephel. *Prædestinavit nos secundum propostum voluntatis sue:* infra, *Vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis sue:* In iis igitur, innumerisque locis Scripturæ sacre, Dei volitionem, amoremque adstruit; qui pura sacra, Dei volitionem, amoremque adstruit; qui cum actus voluntatis proprii, nec metaphoricè solum sint, & voluntatis quidem propriæ, nec solum metaphoricè talis, in Deo voluntatem necessariam, & inevitabiliter supponunt. Quare, & qui eam Deo negaverit, in fidei principia, ex quibus infallibili connexionem Deo adesse deducitur, manifestè peccabit.

3. Equæ certitudine voluntatis Divinæ existentia ex Fidei principis aliis inferitur. Primò. Ex Processione Spiritus sancti, quæ non nisi per amorem, & voluntatem dogmaticè est: ac proinde voluntate à Deo sublata, Trinitas Personarum auferretur. Tolleretur item Dei de rebus cunctis Providentia, Electorum prædestinatio, ac prædictorum reprobatio: item Iustitia, Misericordia, & reliquæ morales virtutes, quæ absque voluntatis actibus esse nequeunt, totiesque in Scriptura afferuntur. Id ipsum eodemque modo, & gradu ex innumeris Scripturæ locis, quibus Dei voluntati non posse resisti, odiòque habere peccatores; amare vero virtutes, & iustitiam in vtroque Testamento frequentissimè legitur. Nec minus frequens est gratia Dei, & prædestinatio, & auxiliantis in sacra pagina, præsertim apud Pauli Epistolæ assertio; cum tamen absque merè liberali, & gratuita Dei voluntate, nulla ipsius gratia, prædestinatio gratiosa esse possit. Denique vt reliquis, in re adeò constante, etiam recensendis capitibus eam ex Scriptura probantibus abstineream: tota Scriptura sacra, fidesque nostra subruunt, si Deo voluntas denegetur. Etsi enim ex Scientia Divina Fidei, & Scripturæ certitudo, quæ parte revelans Deus tolli nequeat, etiam negata eius voluntate omnino persisteret; ast qua parte nos fallere non possit, (quod ob absolutam, & completam Fidei, & reuelatorum infallibilitatem necessariam profus est) sublata voluntate subrueretur: ea siquidem impotentia nos fallendi in determinatione bonæ voluntatis Divinæ in actu primo, ad non mentendum, siue in summa veracitate Dei formaliter proximè constituitur.

4. Duo præsertim probationi voluntatis Divinæ, ex tot Scripturæ locis, veritatibusque Dogmaticis deducæ, vt eam negantes erroris contra Fidem infundantur, incommode posse videntur. Alterum: quia id ex principis Fidei deduci posse non apparet, quin idem per idem vitiosum circulo demum probetur. Siquidem, vt Fidei actus, (cui totus Theologicus iste discursus innititur) firmus, atque infallibilis sit, non solum Divinæ veritati, & infallibilitati in cognoscendo, verum, & Divinæ veracitati in dicendo debet inniti. Cum autem veracitas hæc nil aliud formaliter proximè sit, quam determinata ad non mentendum Dei voluntas, vt diximus; discursus iste existentie Divinæ voluntatis, quam inferit, demum innititur: idemque per idem tandem probabit. Hanc

candem difficultatem actiū aliusque proposui Controu. 1. d. 1. q. 5. cert. 1. & 2. ac solutiones subiles quidam Nobilium Recentiorum disceci (in quibus, & nostri Quirio solutio, quam hic accomodatam voluit tract. 1. de Voluntate d. 56. sect. 1. num. 1. ex dictis à se tract. 1. de Essent. & Attribut. d. 1. circa actum Fidei de existentia Dei satis fuit confutata) atque num. eius certaminis 6. ostendi, nihil ex iis, quæ Fidei motum, vel claudity vel supponit, quare neque Dei existentiam, nec veritatem, nec veracitatem, nec reuelationem, eodem Fidei actu simul cum obiecto reuelato, credi, cognoscique nobis primò posse; sed eius assensum ex aliis modis, ac moris à nobis ad assensum reuelatis, necessariò præbebi.

5. Quam doctrinam difficultati simili Controu. 1. d. 1. q. 1. certam. 2. num. 5. circa actum Fidei, quo Divinæ Scientiæ existentia credatur, iterum tradidi, ac nonnullis eo certamine confirmavi. Ex ea verò difficultas præfens disparet, siquidem iuxta illam consuetudinem Fidei, quo Dei Voluntas determinata ad non mentendum reuelata cognoscitur citatis locis, ex quibus præfatus discursus Theologicus ducuntur, aliunde Dei veracitatem, seu voluntatem ipsius ad non mentendum determinatam à nobis cognitam, & iudicatam supponere; atque in eum tandem assensum aliunde à nobis habitum, & Fidei actus illos, & inde ductos discursus reduci, eique inniti, quin idem per idem probemus, siquidem media ad discursus assensus diversæ sunt à mediis, quibus veracitatis Dei assensus, necessariò ad assensum Fidei, de eadem veracitate, & voluntate Dei reuelata præhabitus est: ac subinde assensus eiusdem veracitatis, & voluntatis Dei cognitiones, neque inuicem subordinatæ, & mutuo dependentes erunt. Siquidem assensus ille ad actus Fidei de veracitate, ac subinde voluntate Dei reuelata præcedens, ac eis Fidei actibus neque proximè per ipsos Fidei actus, neque remotè ex deductis inde discursibus habetur; quod autem eadem Dei voluntas sit, quæ, & aliunde Deo abesse indicatur, & cui actus Fidei, & inde ductus discursus assensuum, nil repugnantie apparentis adhuc inobstat. Cum enim motiva omnia ad assensum obiecti, non secundum existentiam suam physicam, & certitatem, sed solum secundum existentiam intentionalem ipsius per assensum cognitionem præfitemur, ad suæ Physicæ existentie assensum non inducant, quodmodò assensum de eorum physica existentia diversum sunt, nec inuicem dependentes, & subordinatæ: nulla est repugnantia videtur maior, quam sit in assensu duplici existentie physice ei eiusdem per media diversæ, quod fieri posse nemo debitat.

6. Secundum, quod discursibus factis obviare possit ex dictis Controu. 1. d. 2. potest desumi. Nimirum ex veracitate Dei, haud quaquam voluntatem Dei in actu primo legitime, vel saltem cerè deduci: siquidem statim ex Fidei Dei Scientia, non statim in Deo intellectus in actu primo, siue potentia intellectus prædicatur ab intellectu, siue huius potentia logica, aut (quod idem est) intellectus, Scientiæ Divinæ possibilitate formaliter diversum debet admitti: quin imò à Catholicis plerisque ingeniosis, cum præfatis, tum recentioribus ex disputatione vidimus negatum: ob eam in primis rationem realis indistinctionis Divinorum omnium communium, quæ necessariam distinctionem veræ, & realis, multumque ficticiæ potentie à suis actibus reddit in Divinis impossibile: quæ ratio in actu voluntatis Divinæ respectu voluntatis Dei in actu primo, siue voluntatis eius potentie eodem robore persistat: Sed verò obiecti huius solutionem d. 2. vbi de principis volitionis Divinæ agitur ex instructo, opportuniūque dabimus. Nunc autem satis erit adnotasse; neminem ex eis, qui admittit Catholicæ Dei Scientiæ, diversum ab ea, ealque potentia logica, siue possibilitate prædicatur intellectus potentie in Deo negant, negare Deo voluntatem in actu primo, siue voluntatem facultatem ab eius volitione formaliter diversam; sed eam potius aliam, atque aliis rationibus, atque difficultatis propositæ solutionibus eorum querat, & que in Deo adstruere: magno quidem argumento, & hanc veritatem, & illationem certam esse: atque difficultatem licitiam Dei facultatem certam esse: atque difficultatem ex virtutis reali identitate petitam, (quorumvis actus appareat) reuera in præfenti materia iudicem longè esse, & minorem.

CERTAMEN

CERTAMEN II.

Ex Philosophis & rationibus voluntas
Divina stabilitur.

1. Primus ex Philosophis Socrates eam veritatem vel docuit; vel tanquam exploratissimam supposuit apud Platonem in Alcibiade Primo, siue de natura humana, siue, ubi sic de faciendis præstandum monet. Si Deus voluerit; & Plato ipse in Timæo, siue de natura longiusculè à principio ita Deum creatis à se Angelis loquentem inducit. Non estis penitus immortales, neque penitus insolubiles; non tamen solvemini, nec moris sortem sequemini: cum non voluntas, maius adhuc, & præstantius vinculum, vobis contigerit. Arist. lib. de mundo circa finem. Deus omnia, quæ vult, movet, & arbitratur suam rem publicam temperat, & 7. Ethic. cap. ult. im. ver. fin. Deum semper vna, simplici volutate gaudere agis, quæ lib. 1. cap. 8. Beatitudinem contemplativam esse docet: quæ absque boni frustione non est: cum certum sit animi, & frustionem, & volutatem voluntatis actus esse. Verba eius sunt, quod si alius natura sit simplex (vi Dei natura est) semper eadem operatio incensissima erit, id est vna semper simplici gaudeat volutate. Nec inconstans oppositum docuit 2. Magnor. Moral. cap. 14. sub initium scribens. Deus non suscipit amare: aliter namque fuerit, si quisquam dixerit. Tuum amare. Nam de amore amicitia loquitur (quem Dei ad creaturas, etiam rationales, ratio naturalis non assequitur) vel de amore passionis pudore dignæ quid continere, siue quæ laudabilem solummodò amorem esse docuit ex Homero 2. Oeconomicor. cap. 3. init. quo etiam sensu Plato in Phædo, vel de summo bono circa medium dicebat. Absurdum est Deos gaudere, vel contrariis tristari: indecens enim utrumque est.

Et quidem non Philosophorum omnium solum, sed & cunctarum gentium quantumvis Barbararum, suffragia pro Dei volitione, & voluntate censentur, ut Thesis hæc conclusionem mentibus à natura indita, & congenita habemur debeat, etenim nulla vnumquam tam rudis, ac barbara extitit ratio, quæ Deos suos, ut bona conferrent, mala auerterent, quasi nature ductu non oraret: eique sibi placandis, & contra hostes indignandis sacrificia non offerret, ac pro gratis agendis de beneficiis acceptis non institueret; quæ omnia, si Deorum suorum voluntate orationibus & sacrificiis inclinabiles crederent, ac inclinandos sperarent, atque gratiarum actione delectandos supponerent, frustra prociis essent, atque inutilia.

2. Ratio verò Theologica, etiam naturalis, qua in eam conclusionem sapientiores isti Philosophi fuerunt inducti, ea est, qua Controu. 2. d. 1. Scientiæ diuinæ existentiam probabamus. Nimirum Deum debere esse ens summum, summæque reliquis præcellens, & quo nihil melius esse, excogitareque possit. Vnde consequens necessarium est, ut omnia prædicata debere concedi, quæ simpliciter simplices perfectiones sunt, siue quæ esse, quam non esse melius sit iuxta definitionem perfectionis simpliciter simplicis tradita ab Anselmo 14. Monolog. circa medium. Ricardus Victor. de Trinitate, c. 19. atque ab omnibus Scholasticis receperat; nempe, quod tale est, ut ipsum omnino melius sit, quam non ipsum; id quod etiam sub aliis terminis prædicauerant, Nyssenus Grat. Caterhet. c. 1. d. med. Dionys. de Diuinis nominibus longè à princ. Atque prædicatum voluntatis, & volitionis melius est ipsum esse, quam non ipsum, si creaturæ imperfectionem includas: ergo, & de sese perfectio simplex simpliciter, Deoque subinde inenitabiliter concedenda: ut de scientia inferebat Arist. 12. Metaph. cap. 9. text. 5. & Plato recitatus Controu. de Trinitate de propriis, & appropriatis, & Controu. 2. de Scient. d. vit. q. 3. Certam. 4.

Secunda ratio naturalis etiam & pro asserenda Dei scientia ex Plalmista desumpta est, quæ continetur Plalm. 93. qui Plalmista ait, cum non audierit. Fundaturque in generali principio per se notissimo. Nemo dicit quod non

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

habere; sed Deus effectivè dat creaturis rationalibus voluntatem, & volitionem, & se quidem solo Angelis cunctis & hominibus voluntatem cum anima, quam solus creas, volitionem autem omnem generalis concursus titulo; honestam verò titulo alio specialiori Authoris gratia, & bonorum operum ad Philipp. 2. qui operatur in nobis velle & perficere: ergo utrumque in se præhabet, absque imperfectionibus entis creati, quas relegamus à Deo, siue formalitate voluntatis, & volitionis eminentiori, vel suppurata à creaturæ imperfectione.

3. Tertia naturalis etiam ratio proximè affinis sumitur ex continentia alia idæ creaturarum omnium in Deo, tanquam exemplari illarum perfectissimo, ac summo, quam ex Philosophis & Patribus adstruximus Controu. 2. d. ult. atque voluntas, & volitio nostræ creaturæ sunt, ergo & ipsarum in Deo idæ propriæ sunt, atque exemplaria continentur, quæ nihil plane aliud esse possunt, quam perfectissima Dei voluntas, & volitio, seu amor illas formaliter, nec solum actiue, eminenter continentes. Confirmatur Theologicè hæc ratio. Nam homo ad Dei similitudinem, & imaginem, siue ideam & exemplar factus Genes. initio dicitur propter arbitrij potestatem iuxta Patres, cum Græcos, cum Latinos ac interpretes reliquos: arbitrij autem libertas præter indifferentem ad utrumvis cogitationem, voluntatis potestatem, & facultatem in actu primo ad utrumvis etiam essentialiter claudit, de quo fuso calamo controu. 3. d. 1. q. 1.

Quarta naturalis ratio: quia omnipotentia non est potentia, & virtus actiua determinata, & necessaria ad agendum omnia, quæ in eius virtute, & actiuitate continentur; alioqui omnia possibilia produceret, imò ab æterno produxisset, & in æternum conservaret, ergo indiget, ut eius actiuitas ad ea, quæ facit de facto, ac non ad faciendam potius alia, imò infinita possibilia, quæ facere omittit, libera determinatione, ratione cuius hæc tantum, quæ produxit, & non reliqua producat, & per quam siue à se ipsa formaliter (si in voluntate omnipotentia ratio sit,) siue ab alio prædicato diuino ad ea producenda applicetur. Hæc autem determinatio, cum necessaria non sit, ad agenda alia, ac non hæc, quæ de facto produxit, vel potius possibilia omnia esse possit libera, & ex electione esse debet: aut libera determinatio, & electio arbitrij, & facultatis volitivæ solummodò esse potest: ergo in Deo est voluntas, & facultas arbitrij.

4. Quinta naturalis ratio sumitur ex ordinatissima universi machina, quam fortuitò, & casu euenisse, tantaque rerum statum, tot sæculis concordie vicissitudine persistere, & conservari, nisi solidissimo recedens errore (relato ab Aristotele 2. Physicorum text. 43. 44. & 76. & consultato à textu 77.) dici non potest; si autem casu illa, & fieri, & conservari minime potuit; consilio, atque electione Artificis Dei effectum esse, necesse est: at verò, cum eius dispositionis electio absque arbitrio, & voluntate eius haberi repugnet, in Deo arbitrium, & voluntatem esse necessariò conuincitur.

Sexta ratio naturalis sumitur ex prædicato summi boni, siue infinita Dei bonitate summè de se, essentialique sua, atque infinite amabili, quæ proinde infinitum appetitum, seu voluntatem, (à qua solum summè, & infinite amari potest) requirit, ut debite dignèque excellentia sua ametur. Hæc autem infinita voluntas, & appetitus in solo Deo esse potest.


Septima naturalis ratio ex prædicato summæ felicitatis Dei petitur. Neque enim felix, nedum summè felix, esse potest, qui bonis frui, delectarique nequit: nequiret autem Deus, si voluntate præditus esset; siquidem boni fructus, & delectatio, nisi à voluntate esse nequeunt.

Octava naturalis ratio ex infinita Dei sanctitate, & bonitate, seu perfectione, non physica solum, sed moralis deducitur: etenim moralis bonitas absque actibus voluntatis esse prorsus nequit: quare, eis absolute repugnantibus moralis omnis bonitas, & perfectio absolute repugnet; repugnant autem voluntatis actus absolute in Deo, ut et adesset voluntas, essetque possibilis.

Nona ratio ex supremo Dei in creata omnia dominio efformatur, quod, nisi in his, qui voluntate, & vtendi facultate libera gaudent, esse excogitareque non potest. Si quidem usus proprius actus voluntatis est: ac insuper dominium essentialiter definitur, facultas siue potestas vtendi rebus pro libito, absque iniuria aliorum etiam vtendi illi

A 2 venientis

venientes, ubi autem libitum est, est etiam necessarium voluntas, illius actus essentialiter libitum est ipsam naturam, & essentia supponens, atque inferens. Pleraque ex his pro diuina scientia existentia non tacta controu. 2. d. 1. requo robore & claritate illam etiam demonstrant, ut cuius parebit.



QVÆSTIO II.

Restens ex Scientia, & intellectu diuino eius probetur voluntas.

Hac ratione vsus fuit Diuus Thomas 1. part. q. 19. a. 1. quoad firmam, primum Caietani, & postea nostrorum recentiorum subtilitates mouerunt, ut iam eius similitas opus speciali examine habeat, vel eius examinanda communis abusus, & nobis questionis huius fecerit legem.

CERTAMEN I.

Discursus Sancti Thomæ ad purum propositum, atque à rationibus dubitanti Caietani vindicatus.

1. **C**onsequentiā ab intellectu, seu intellectu ad voluntatē, seu voluntatem ira probat S. Thomas. Quia qualiter res naturalis ad suam formam naturalem hanc habet habitudinem: et quando non habet ipsam, tendat in eam, & quando habet ipsam, quiescat in ea. Ergo natura intellectualis similem habitudinem habet ad bonum apprehensum per formam intelligibilem, ut cum abest, in illud tendat; cum adest, in illo quiescat, & gaudeat: quæ, nisi actu appetitus rationalis fieri nequeunt. Hanc verò consequentiā vltimam probat. Quia, sicut res naturalis habet esse in actu per suam formam: ita intellectus intelligit actu per suam formam intelligibilem; inde concludit. Vnde in quolibet habente intellectum est voluntas; sicut in quolibet habente sensum est appetitus animalis: & sic oportet in Deo esse voluntatem, cum sit in eo intellectus. Et ea est ratio Sancti Thomæ plana contextura tota: cui duo opponis, nec satis soluit Caiet. ibi iudice Vasquez.

2. Primum: quia ex eo, quod intellectum, quæ tale, constituitur in actu per formam intelligibilem, sicut ens naturale per physicam, & ex hac habet ens naturale tendere, vel quiescere in sua forma naturali, solum inferitur intellectum tendere debere in suam formam intelligibilem, atque in ea habita quiescere; non autem debere tendere vltius in bonum ea forma intelligibili repræsentatum, quod quidquid Caietanus, & Thomistæ ex suis respondentibus diuersum à sui cognitione est, & nihilominus eo admissio solum inferretur dari inclinationem ad bonum intelligendum, quæ eius cognitione quiesceret; non autem ad illud amandum, ut ea inclinatio appetitus, & voluntatis esset, ac non solius intellectus, probaretur. Opponit secundo Caiet. ens naturale per suam naturalem formam, ac non per actum ab ea elicium, & diuersum appetitum habere. Ex quo non apparet, quo pacto legitime inferatur in intellectu constituto in actu per formam intelligibilem, siue boni cognitionem appetitum, qui solummodo elicitus est, atque cum à forma intelligibilium ab ipsa voluntate diuersus. Cui difficultati nec Caiet. satisfacit, ex eo quod appetitus naturalis entis non sequitur ad formam elicitam, sed naturalem ipsius entis constitutiuam: appetitus verò rationalis formam elicitam consequitur, scilicet intellectum. Sed id, ne alius explicetur, difficultatem non soluit. Nec magis præstat nostri Granados solutio tract. de voluntate d. 2. contendere

tis, etiam ens naturale per actum elicium ferri in sua commoda, ut lapis motu in suum centrum, alit motus ille appetitus lapidis non est, sed eius effectus: quare difficultati non obuiat, sed effectum cum appetitu confundit.

3. Vasquez ubi proxime, ob primum Caietani argumentum, censere videtur S. Thom. noluisse demonstrare connexionem necessariam intellectui cum voluntate; sed solum naturam appetitus rationalis per proportionem ad naturalem appetitum. Idque ipsum expressius docet, & determinatius Herizæ tract. 2. d. 1. r. c. 1. connexionem scilicet intellectui cum voluntate nusquam hic à S. Thom. probari, sed solummodo supponi indeque legitime inferri ex scientia Dei diuinam voluntatem. Verum veritate à mente Sancti Thomæ planè aberrat, ut ex rationis, ad litteram ferè contextura claret. Nec rationes dubitandi de illationis legitimitate à Caietano propositæ, nec satis ab ipso composuit, quidquam præstant. Prima: quia S. Thomas non assumit ens naturale tendere, vel quiescere in sua forma naturali, per quam scilicet constituitur; sed in aliam ipsi debitam; quæ tamen haberi ab ipso in sua forma constituto, & non haberi possit: quare ex eo, quod intellectum constituitur in sua linea in actu per formam intelligibilem, siue boni cognitionem, recte inferitur debere tendere, si abest; & quiescere, si adest, in bono repræsentato; non autem in forma intelligibili siue boni cognitione, qua formaliter in sua linea intellectu constituitur in actu, sicut ens naturale constituitur in actu per formam naturalem constitutiuam ipsius, & ratione cuius appetitum naturalem ad propria commoda habet.

4. Sed nec secunda dubitandi ratio Sancti Thomæ rationem debilitat: est, quia summam à Sancto Thomæ (sicut reliquæ à summam scribente) efformata est, finitris aliorum intelligentiis subiaceat: Vnde plerumque rationis dubitandi contra Angelici discursus summam dubia omnia suborta: illud autem ad eius intelligentiam, & secundæ difficultatis solutionem suppositus sanctus Thomas. Nihil Deum absque aliquo commodo, & sine ipsi proportionato condidisse immo, nature intus attento, condere posse, in quem per aliquid, vel ipsius nature ipsum, vel per illam parandum non inclinaret, ac propenderet; id, & experientia omnium, quæ Deus condidit, & ex perfectione creatoris, & necessitate rerum ad cuiusque, & vniuersi conseruationem notissimum est. Vnde ratio inferitur: nihil actu, seu in actu esse per suam actiualem formam, quin eam inclinationem actu habeat, ut in eibus, siue substantiis naturalibus omnibus patet, quorum exemplo, & ratione de substantiis rationalibus, intellectibus in sua linea, etiam hac, actu, seu in actu constitutis per sui specialis modum, seu boni cognitionem, vel speciem (ut ipse ait) intelligibilem idem probat: nam in suum proprium bonum, & felicitatem inclinationem habituras, & appetitum, dum non habent, quietem verò dum illud habent.

5. Addit verò substantiis intellectibus, quæ talibus cognitionem boni vltiorem, ut in actu sunt; quæ intellectu solo, in potentia tantummodo sunt in sua linea, & in ordine ad actiualem appetitum etiam necessarium, & naturalem boni in communi, & felicitatis suæ: quia in incognitum rationales substantie ferri nequeunt; sicut neque animalia in incognitum commodum. His claret discursus Sancti Thomæ summas, ac difficultatum nebulæ disparent; sed aliquid tamen aliunde hic illationem volitæ substantie ex intellectu examinare nos cogit recentiorum scriptorum abusus, qui pure Philosophicum examen in tempestem in hanc serie Theologie partem intrudunt.

CERTAMEN II.

Ex intellectu substantia præcisè volitivam legitime demonstrari; sed non à Recentioribus.

1. Præfixa conclusio concors est Thomistarum vtriusque scholæ, & recentis Dominicane & antiquioris, quam schola Iesuitica sectatur, & rictus, & reliquorum inter communiis; si nescio, quos Recentiores inaniura subtilitatum ab antiquis neglectarum, quamvis ignorarum amatores excipias, nempe in manuscriptis pauculos. Sane vero pro illationis legitimitate præter Dominicos omnes Interpretes Albeldam, Disceaturn cursum Carnelitanum in Dialectica, & Zumelem Molina, Valquez, Valencia, Arrubal, Heriz, Granados, & Falolus in 1. p. ad quæstionem, & articulum citatum. Suarez de attributis positivis cap. 6. Ruiz de voluntate d. 1. à muna. Recupit de voluntate lib. 2. q. 1. cap. 3. Quirios tom. 1. p. tract. 1. d. 1. 6. sect. 3. Antonius Perez Vallende in 1. p. de volunt. d. 1. cap. 3. Et sane hanc esse vetustissimam Petri sententiam constat ex Athanasio, cum tanquam dogma supponendum potius, quam disputandum trahente tract. de definitionibus columna 4. *quæstio in illis constet quod am voluntate dicitur.* Athanasius alter (seu potius Anastasius) Synaita lib. de via d. 1. cap. 1. *Per hanc est omnia, quod intellectu prædictum est, etiam volendi potentia prædictum esse.* Nam voluntas omni rationali naturæ inest essentialiter. Fulgentius 1. ad Monim. de duplici prædestinatione c. 18. ita de rationali animo scribit. *Neque enim ei inesse posse voluntatis ratio, nisi ei posset inesse creatoris di-*

2. Est autem explorata adeo, atque naturæ rationali congenita veritas, & notitia hæc sit, tamen nonnulli, vel Recentiorum apparentibus contra illam rationibus timore vel propriorum discursum amore defectentes, illationem ex intellectu ad volitivum non ita solide probant: quo fit, ut rem antiquorum Patrum, & Scholasticorum iudicio (quare & nostro) certam ad solam, vt summum, reducantur probabilitatem: idcirco huiusmodi discursum imbecillitas ostendenda primum hic est: ne quis deinceps illis, quasi quassatis calamis innitatur. Præterea ex his est, quam excogitavit Antonius Perez Vallende, secundamque probationem esse voluit cit. d. 1. c. 2. Quia, si esset possibilis substantia intellectiva non volitiva, esset in rerum natura: at non est in rerum natura, vt patet: ergo nec possibilis: Antecedens probat ex naturali appetitu excellentiæ, quam creata omnia habent, cui non satisfieret respectu hominis (qui ex creatis infima rationalium creaturarum est) si non esset producta substantia rationalis, seu intellectiva inferior, si possibilis sit: siquidem non esset in rebus, vnde hominem præstantiorem aliquam, nec omnium rationalium infimam speciem esse dignoscitur, verum appetitus naturalis ille excellentiæ comparativus respectu inferiorum communis in Philosophia, & otiole ratio ac inepte analogie est, nec vlla ratione Philosophica vquam probanda.

3. Quis enim sanus, censet lapidem vel truncum naturæ hoc excellentiæ appetitu exigere adeo, vt omnes substantiæ species possibiles ipsi interiores de facto producantur, & de non productis naturali, & metaphorica consideratione trahant, non secus ac, cum sursum, extra centrum locantur? ac de Deo, quasi ipsi iniurio, in animi ciulum conquiri posse? Quod ipsum de individuis, nisi vique ad imperfectissimum in specie quavis productum a Deo esse, atque siquid aliud individuus aliis perfectiora & perfectiora, & subinde imperfectiora in infinitum esse, probabilissimum est: & tamen nec infinita individua substantia in productis, & producendis simul sumptis esse certum est. Secundo inter quamvis speciem ex

productis proxime inferiorem ad proxime superiorem infinitas alias species perfectiores, & perfectiores possibiles esse (v.g. inter hominem & Angelum) ac subinde imperfectiores, & imperfectiores à perfectiori ad proxime imperfectiorem ex productis (v.g. inter hominem, & brutum) concors Philosophorum sententia est: & quidem eis omnibus intermediis speciebus productis magis sanè perfectioris excellentiæ eminet, & tamen producta de facto non sunt. Nec satisfacit Ant. Perez argumentum tenere solum de notabiliter perfectioribus, & imperfectioribus, cuiusmodi intellectiva solum substantia esset respectu etiam volitivæ. Etenim gratis ista omnino limitatio est, & contra rationem assignatam: ex infinita enim multitudine inferiorum specierum producta mirum in modum superioris excellentiæ emineret, & claresceret. Denique ex eo excellentiæ appetitu naturali rebus omnibus indito perfectione maiori superiorum specierum naturalis Metaphoricus liuor, & invidia in proximo est, nullamque creaturam de sua perfectione, & sorte naturali contentam esse, sed querulam. Quod ultra ridiculum videtur iniuriosum creatori; sed, fictio eo generali rebus excellentiæ appetitu admisso, cum ea excellentiæ in prædictis cuiusque essentialibus respectu alterius sit, non autem in contingenti alterutius productione inferiori specie producta, sola eius, atque essentialium suorum possibilitate admittit eminentiam perfectioris atque appetitus illius fatietas consisteret: secundo ex iure naturali entium ad aliquid à Deo accipiendum huius à Deo appositio non intererit: vt patet in igne Babylonicis, & aliis pluribus. Est siquidem ius illud precarium solum, non iuris stricti, & exactiui cui, vt sapie, semper potest Deus non annuere.

4. Probat secundo Ant. Perez consequentiam suam appolita negatione existentie intellectivæ solum substantiæ ad eius impossibilitatem: quia non potuit univèrsim sistere in substantia solum intellectivæ; quin ad volitivam ascenderetur, quæ sola apta ad Dei laudes, & obsequia est: ac proinde huius existentia deberet existentie univèrsi, ergo citius existentie substantiæ etiam volitivæ deberet existentia substantiæ solum intellectivæ: probat: quia ex antecedenti supponitur subiectio in essendo substantiæ solum intellectivæ ad intellectum etiam volitivum, cuius correlata est dignitas substantiæ intellectivæ etiam volitivæ subiectionis illius substantiæ solum intellectivæ ad ipsam, contra quam fieret, si non produceretur, cum esset possibilis. Hæc etiam ratio analogica est, & pia vel potius inepta super factis meditatio, & tamen negari nequit, quia Deus sicut tota antea æternitate illaudatus à creaturis absque vlla sui, suæque celsitatis summa iactura præcellerat, ita potuisset absque eis perseverare per æternitatem: ac proinde solum naturæ irrationalis condere, si vellet, vel nullas condere potuisset. Secundo male inferitur inde natura subiectio in essendo naturæ solum intellectivæ ad simul volitivam, cui in hac naturalis eius subiectionis dignitas responderet: cum ea subiectio non ex ipsarum naturarum præcisè, sed ex sine laudum suarum liberè in univèrsi creatione sibi à Deo præstituto fuisset, in antecedenti dicatur.

5. Sed si naturalis in altera dignitas, in altera verò subiectio in essendo foret solum interteretur naturam intellectivam absque volitivam naturaliter esse non posse; non autem è contra, non posse volitivam absque solum intellectivam existere, vt opus ad intentum erat. Denique probaretur totum: posset Deus naturali dignitati, & existentie substantiæ intellectivæ volitivæ non annuere, atque eam produceret, quin solum intellectivam possibilem conderet: quo à negatione existentie de facto ad negationem possibilitatis enervatur consequentia. Hanc Doctores præcipuam probationem, in qua proinde diutius caput illud absumptis longius persequutus sum, quam par forte esset, ne in octo aliis reliquis probationibus eiusdem capitis confutandis capita, & meum, & lectorum incassum fatigarem. Huius enim examine, & exemplo hominis genium & ingenium subtile, exoticum tamen, discerni satis potest; ne quis ad singulares eius discursus offendar, illud nunc de octo reliquis conclusionis præsentis probationibus dicere satis fecerit. Nihil eorum in singularibus discursibus, & ingenuis quidè atque elaboratissimis subiectionibus, absumptis

6 Controu. IV. de voluntate Dei,

quod negari, vel distinctione saltem tantum in sensu inuicem ad inferendum admitti facile non possit; nisi quandoque communia aliqua, & quae ad manum Philosophis Doctis sunt, tangit.

6. Praecedentis exemplo Antonius Quiros sect. 3. probationes communes, & faciliores contemnens, principium illud omnem intellectum possibilem cognoscituum esse boni convenientis cognoscit, ac proinde boni à se amabilis, & appetibilis ita ex proprio penu probat: quia implicat cognitio quantumvis pure speculatiua, quae non proponat cognoscitui obiectum aliquod ipsi identificatum; ergo ipsi bonum, & conueniens, ac proinde amabile: nil enim cuique magis conueniens, & amabile quam ipse sibi: imò inde reliqua cuique rei conuenientia, & amabilia, magisque, vel minus talia, quod magis ad esse rei, & eius conseruationem minime conducunt. Antecedens probatur: quia nil ab aliquo cognoscitur, ac iudicatur, quo se illud cognoscere non innoteat cognoscitui, uti à fortiori ex memoria praeterite cognitionis, & ex configuratione per copulam temporis, quo iudicium à cognoscite exerceatur, probatur. Siquidem in actu quis cognoscit se cognoscere, & tempus, in quo ipse est, dum iudicat, nec memoria cognitionis à se habita, nec configuratione temporis, in quo iudicat, per copulam esse valebit, ut Controu. I. d. de immutabilitate Dei, ac ulterius Controu. 2. non semel ostendebamus. Notat autem Quiros cognitionem de ipso cognoscite, in quouis iudicio necessario admittendam, esse solum cognitionem quoad an est, & confusam, non autem quoad quid est, & explicitam de cognoscite, & indicante ipso.

7. In hoc explicando, atque à variis obiectionibus vindicando duas fere totas sectiones, tertiam, & quartam impendit hic Doctor operae pretio non magno. Primò: quia solida illationis ex intellectu ad volituum probationes, seu demonstrationes ab impossibilitate cognitionis, quae pure speculatiua sit, nec ostendat aliquid amabile, seu conueniens cognoscitui vitra veritatem ipsam cognitam, & expresse representatam, minime pendent. Nec si penderent huius probatione opus esset: cum in ipsa veritatis speculatione, ac deprehensione euidenti, cuius ita assequenda intellectus praecise, quia talis necessarius foret, latet illi, & de deprehensa veritate gaudium, & nondum apprehensa studium esset, quae sine appetitu, seu voluntate esse non possent, uti certam sequenti videbimus. Deinde specialis recentioris huius probatio adeo est à demonstratione, quam indagamus, aliena, ut vel eius probabilitas vacillet.

Primò enim eadem cognitione, qua quis veritatem speculatiua assequitur sibi quae formaliter representat absque cognitione reflexa diuersa, nequit directa illa cognoscitui representari, ipsaue sui ipsius aliquo modo obiectum cognitum esse: id enim, ut vidimus Controu. 2. create cognitioni repugnat, soliusque Diuinae proprium est: verum quidem est, tunc temporis simul cognosci posse à cognoscite cognitionem; sed alia solum cognitione reflexa ab eius speciebus memoriae postea inferuntur, ut communis Philosophia docet, oriunda: neque ita tunc necessario ab eis oriunda, ut si ab eis vehemens speculatio obiecti sit defecta attentionis potentia incognita speculatio praesens saepe non transeat, est enim exercitium representandi obiectum non seipsam, quam, ut dixi, nequit. Sed illud magis improbabile, seipsam quemvis in cuiusque obiecti contemplatione aliquo modo cognoscere, cum experiamur, cum in nobis, tum in aliis omnibus contemplationis, siue naturalium, siue supernaturalium, & diuinarum rerum deictos, sui prorsus obliatos contemplationibus diu saepe insituisse: imò & à se, & sensu omni alienos ab obiectis, deprehensisque veritatibus, quandoque raptari, quandoque verò in praerupta vel flumina, barathraque incidisse, illud verò de configuratione praesentis temporis in iudicio quouis de praesenti habito per copulam // importati, inuoluntarium est, ut tunc per illud iudicium cognoscei à se iudicantem probetur: nam certè configurationem tempus praesens per copulam diuersum à cognoscite est, neque ipsi duratio intrinseca, quae fors ab ipsa se non differt, ut nonnullis placet, non nihil, sed extrinsecum, quod durationum suarum cunctis creaturis communis mensura est, in qua obiectum durat, & durare, atque esse per copulam (si de praedicato contin-

genti iudicium sit) consignificatur; non autem iudicatur potius quam asinus, vel mulca, quae eidem communi mensurae coexistunt. Verum quidem est ex iudicio à se tunc habito posse ipsum, & reliqua discursu euidenti inferre, tunc ipsum existere, vel postea demonstrare pro tunc existisse. Planius haec discursus huius Recentioris, atque expeditius, confutatur, quam illa, quae malis replicis instantisque sibi tota sect. 4. obiecit, & soluit.

CERTAMEN III.

Planiores, pleniores, & communiores
illationis volitui, & intellectui
demonstrationes.

1. Prima demonstratio & de se, & ex S. Th. auctoritate sit, quam ipse formauit, nosque explicamus cert. num. 4. & 5. siquidem omni creatura substantiali suis finis, & bonum, seu commodum, siue naturae proportionatum responderet, ut patet creatorum omnium facta iudicatione: atqui bonum hoc nequit creaturis ipsis identificari; alioqui natura, & essentia sua essent felices, & beatae, quod proprium est Dei; ergo omni creaturae substantiali in suo esse actuali constituta per suam formam actualem responderet bonum, & felicitas vterior in aliquo extra ipsam constituta; ergo & inest omni creaturae substantiali in actu per formam constitutae proportionatum ipsi appetitus, & inclinatio ad suum illud bonum prosequendum, cum abest, gaudendumque de ipso, cum adest. Consequentia haec euidens est, quia bonum cuius, & appetibile suo modo ab ipso idem prorsus est: ut implicat esse aliquid appetibile suo modo ab eo, qui nullo modo appetitum habet. Atqui, & si appetitus, & inclinatio in naturis substantialibus, & insensibilibus non sit vitra formam, qua in suo esse actu constituantur; est in naturis omnibus sensibilibus, & animalibus, qua talibus, quae in sua commoda, & felicitatem ut cognitam, & libere representatam duci solum possunt, ut illam appetant ac appetere proxime, & expedite absolute possint, eius boni, & felicitatis cognitio solummodo expectanda est. Ergo, quia actu constituta animalis actu intelligentis, siue sentiens intelligitur, intelligitur proxime expedite absolute potens prosequi sua commoda, & felicitatem: ut autem primum sensitiua, seu intellectiva intelligitur absolute, & si non adeo proxime, & expedite, appetitus seu volitua sui commodi, & felicitatis, siue cum appetant voluntate intelligi debet.

2. Eadem fere demonstratio continetur verbis illis Fulgentii recitatis certam. 2. n. 1. fine, neque enim a (rationali substantia) inesse illatenus ratio possit, nisi eo ipso, si creatoris inesse dilectio: quia Deus, nimirum, creaturae rationalis, quae talis, siue felicitas, & obiectiva beatitudo est: ergo, & summe ab ipsa amabilis: ergo implicat dari intellectum, seu rationale siue volituum, siue abique voluntate: quia abique hac nequit Deus ab intellectu, seu rationali creatura amari, ac proinde nequit ab eo amabilis absolute, neque summe amabiliter, quae eius suprema obiectiva beatitudo; quod implicat cum antecedenti subsumpto, quod probatur immò exploratum cunctis Sapientioribus Philosophis, & Theologis est: qui concordantes probant summum bonum Deum propriam felicitatem, & obiectivam beatitudinem rationalium creaturarum, quae de facto conditae sunt, (hominum scilicet, & Angelorum) ex solo rationalis praedicato communi, quod omni speciei rationalium competi, non autem ex specialibus specierum sub illo constitutorum praedicatis; nullum autem intellectum, quod rationalis non sit, esse sine implicatione potest.

3. Demonstratio tertia sit ex natura, & sphaera obiectiua intellectus qua intellectus, seu intellectui praecise omnine intellectuum boni, & conuenientis cognoscitui est natura sua illius appetituum, omne autem intellectum praecise, quia talis, est natura sua cognoscituum boni illi

conuenientis: ergo natura sua eius appetitum. Minor probatur: quia cognitio boni, & conuenientis cognoscendi natura sua ad eius appetitionem mouet: & si casu, quin exercere moueat, & effectum fortitur quandoque reperitur: tamen ea virtute natura non potest magis, elinque quam essentia, & natura sua carere: ergo intellectum boni & conuenientis sibi cognoscens, naturaque proinde sua ad eiusmodi cognitionem potens, & ordinata, natura etiam sua ad motionem intentionalem sui in appetitum boni sibi conuenientis potens, & ordinatum est præcisè, quia boni, & conuenientis intellectum est. Barfus: ergo, & est illius boni appetitum. Pater hæc consequentia: quia nulla virtus, & potestas naturalis ad actum impossibilem, & chimericum esse potest: atqui potestas intellectui boni, & conuenientis sibi ad se mouendum intentionem per proprium actum, seu cognitionem boni, & conuenientis sibi ad huius appetitionem esset ad actum motionis, & appetitionis boni, chimericum, & impossibilem, nisi eiusmodi intellectum sit etiam appetitum habereque voluntatem, sine qua eiusmodi appetitio esse non potest: ergo omne intellectum boni, & conuenientis sibi præcisè, quia talis debet etiam esse appetitum, ut in minori dicebamus. Neque verò de hac aduersari decernat, sed de maiori.

4. Probatur autem: intellectum, præcisè, quia talis, est omnis veri, seu obiectiue intelligibilis intellectum, sine intellectus potentia intelligendi, quidquid verum, atque ex parte obiecti intelligibile est: atqui bonum, & conueniens cognoscendi aliquid verum, atque ex parte obiecti intelligibile est: ergo omne intellectum, seu intellectum præcisè, quia talis, est boni & conuenientis cognoscendi cognoscendum, & potestas illius cognoscendi. Major huius dictus gratiæ assumpta ab aduersariis non nullis putatur, ab aliis petito principij, sed cum longè aliud concludatur, quam in ea maiore continetur, & assumitur, qui ita loquuntur, quid petito principij sit ignotum: sed neque gratiæ assumitur, est siquidem omnium Philosophorum, & Theologorum principium intellectum præcisè quia intellectum, omnis intelligibilis intellectum esse, & per se quidem, & terminis notum: inde enim intelligibile denominatur, quod ex parte sui ab intellectu, quia talis, per intellectum percipi possit, aptum est: unde & aliud proloquium Aristotelicum dignitatis loco à Philosophis, & Theologis circumfertur, nempe, intellectum esse conuenienter omni: quia omnium nimirum percipiens eo ipso, quod intellectus sit, esse debet, quia omnia obiectum intelligibilitatem habent, ac proinde omnia obiectum sphaeram intellectus, quia talis, sunt.

5. Non igitur adeo gratiæ ea maior à nobis assumitur, atque ab aduersariis admittitur, quæ omnium Philosophorum, & Theologorum consensu, & ex terminis ipsi vera, & nota est. Sed tamen vltius etiam contra Recentiores hocce probatur, etenim contendunt multis exemplis, & paritatibus, plane disparibus, posse dari intellectum determinatum ad veritates speculativas, & pure speculandas: quare, & ad aliqua vera solum, seu obiectiue intelligibilia, quia ad omnia, & omnimodo, sed speculativa solum percipienda. Rogo autem illos, sub qua ratione ad veritates illas speculativas solas, & pure speculativas possit intellectus ille pertinere? Dicent sane (quod solum non inepere possunt) sub veritatis, & intelligibilitatis obiectiue, siue aptitudinis, ut ab intellectu percipi possint: atqui eadem omnino ratio, sub qua est in omnibus veritatibus practicis. Ergo, & hæc intra sphaeram obiectum intellectus illius continentur: quare, & intellectus ille omnium veritatum, & intelligibilium obiectorum intellectus est, nec ad aliqua solum determinatus, ut contendis: contra, nec ad, quia, si nulla ratio, nisi attenda sphaeram obiectum intellectus illius taxamus, pure arbitratia illis sphaera ab vnoquoque taxatur: atque fingi intellectus alligatus ad vnum solum genus, vel speciem infinitarum rerum, immo ad indiuiduum vnum tantummodo cognoscendum determinatus: quod est exoriturum, & ridiculum.

6. Sed etiam detur possibilis intellectus determinatus ad solas veritates speculativas, & speculatiue solum percipiendas: illa ipsa veritatis illius speculatiue perceptio, & deprehensio bona, & conueniens, & iucundissima cognoscendi, & speculandi est: eiusque interuentu depre-

hensa veritas ipsa magnopere delectat cognoscens, & antequam sit deprehendatur sic speculatiue agit, ut eius deprehendenda causa suarum reliquarum rerum, siue ipsorum curam non habeant, ut de pluribus Philosophis, legimus, atque authenticis historiis perhibetur. Et quidem totam Dei æternam felicitatem, iucunditatemque summam è sui perfecta cognitione (quæ de seipso pure speculatiue solummodo esse potest) natam, congenitamque Sapientiores quique Philosophi docuerunt. Ergo in ipsa veritatis speculatione vera est intentionalis motio ad eius deprehendenda à cognoscens desiderium, ac deprehensa gaudium: ergo & in speculatiue intellectu debet esse volitum, seu voluntas. Pater consequentia ex dictis: quia deficiente sic intellectu voluntate desiderij, & gaudij actus chimerici sunt, & impossibiles: ad quos proinde vera realis naturalis motio, & inclinatio esse non potest.

7. Ad hæc natura illa intellectu, nec tamen volitua posset bona sibi, conseruationique suæ valde conuenientia, & necessaria, malaque, & sui destructiua cognoscere, nec tamen illa persequi, & amplecti, neque hæc posset fugere, & auertere, quæ solis voluntatis (qua illa substantia caret) actibus fieri possunt. Ergo natura, & essentia sua necessarii ad sui conseruationem caret: atqui repugnat creatura carens necessariis ad sui conseruationem de se & natura sua: ergo repugnat substantia intellectu solum, nec tamen volitua: substantiam proximè antecedens patet: siquidem cederet creatura illa in iniquam, & indecentiam creatoris, penes quem est nihil natura sua necessariis ad sui conseruationem destitutum condere: & subinde & aliquid ita ab ipso conditum posse repugnare: cumque inde appareat substantiam illam intellectu solum manere, & imperfectiorem volitua etiam esse, aliunde probatur esse longe perfectiorem: siquidem intellectus tantum requirit probabilibus solum assensibus, seu probabiliter iudicare: ut probabilibus enim intellectus assensatur determinatione eget, & imperio voluntatis intellectu tantum substantia impossibilis: ergo esset determinata ad assensum solum euidentem, ad quos voluntatis, quam non habet, determinatione non eget: intellectum autem determinatum de se ad assensum euidentem, solummodo, volitum intellectu assensum probabilis ac subinde falsi de se capaci longè perfectius est: quare illo perfectius & imperfectius aperta contradictione erit.

CERTAMEN IV.

Eneruantur aduersa argumenta.

1. **E**X his aduersæ sententiæ fundamenta seipsis subruunt. Constat siquidem primo intellectum determinatum ad aliqua tantum obiecta, & aliquo modo solummodo percipienda apertissime implicare: quod à paritate sensuum, quorum quivis, obiecti vnus sensibilis sensus esset, non reliquorum, verosimiliter adhuc minime suadet: quippe quæ à potentiis particularibus ad vniuersalem (cuiusmodi intellectus est, ut vidimus) currere non potest. Et ea adhuc limitatione in intellectu admissa vis demonstrationis tertia minime debilitatur, ut constat ex num. 6. Constat etiam ad aliud fundamentum, quod intellectum prius volitum sit, sicut, & prior vilitatione intellectu, quæ intellectu adiuuatis operatio est, sicut, & volitum volitio, sine qua esse intellectu potest. Constat enim de prioritate maioris vniuersalitatis, & gradus generici respectu intellectui tantum, & intellectui etiam volitui assumi falsum, & factis demonstrationibus repugnans: sin autem de prioritate causalitatis: quia intellectio prior volitione est, & proportionatiter intellectum volitum prius, inde potius inferitur sine volitum intellectum esse non possit: erit enim volitum prædicatum metaphysicè consequens ad intellectum, quod nequit esse, nisi necessario ad illud consequatur, dicaturque ad conuerentiam cum illo: atque, ut ex dictis patet, ea solum ratione potest prioritate, quasi naturæ intellectum volitum metaphysicè præcedere, quatenus.

tentis potentia se mouendi intentionaliter per suum actum, scilicet obiecti cognitionem, ad obiecti prosecutionem vel fugam (si disconueniens cognoscatur sit) est: quod implicat, nisi idem ipsum intellectum sit.

2. Arguitur rursus dari posse intellectum, immo intellectiones plures, quae volitionem non cauent, & absque illa sint: ergo, & intellectum sine volitio. Hoc argumento primum tentata fuit praesentis illationis bonitas: adeo tamen leuiter, ut Ruiz de Montoya noster citata sect. 1. in appendice per neglectum fere meritò n. 30. respondeat: quia, & si ratione earum volituum ex intellectu non inferretur, ratione tamen aliarum quae volitionem excitarent, excitareque possent, in cognoscendo, & quantum virtus actiua intellectuum est, volituum in eo intellectu necessario inferrent. Et quidem omnem intellectum, etiam pure speculatiuum ex istis, quae naturaliter possunt habere, motiuam de se intentionaliter ad volitionem cognoscenti esse satis ostendimus num. 6. vnam autem supernaturalem obiectum (ut ipse testatur citata d. 5. num. 18.) Primus Antonius Perez Valiente, Heriz noster, & alii, qui ex impossibilitate cognitionis essentia, & natura sua impotens mouendi ad volitionem estimabant questionis praesentis veram resolutionem pendere, & quorum omnium solutiones late ibi refero, & refellit: quarum relatione & confutatione inuoluitur superfluo. Nihilominus proferenda in medium ea cognitio, & obiectio est: cum, ut appareat quam sit ad rem praesentem debilis, & inutilis; cum etiam ut similis arguendi forma, quae cuius materia aptari facile potest: quare & iam vniuersam fere Philosophiam, & Theologiam peradiuturabat, & vexat, ipsius fallacia semel detecta ab illis post hac exulit semper.

3. Decernat Deus, ut possit, ad nullum actum voluntatis create concurrere: idque decretum mihi fidei, & credenti reuelat. Hic sane meus fidei actus, nequit esse principium intentionaliter motiuum ad aliquem actum meae voluntatis, quin sit principium falsificandi seipsum: quod repugnat actui fidei essentia sua verae, & infallibilis. Ergo hic actus fidei essentia sua impos est mouendi intentionaliter ad aliquem voluntatis actum: verum hoc argumentum, ut summum probaret ex ipso, & facultate intellectiua, qua illum solum actum concernit non inferri intelligentis voluntatem; non autem non inferri defectibiliter ex intellectu, seu intellectu illo secundum totam illam amplitudinem suam, & actiuitatem accepto, qua ad reliquos naturales actus intellectus motiuos intentionaliter de se se, & ad actus voluntatis in cognoscendo extenditur; id quod apertius constat: quia is actus fidei de Deo non concurrendo ad actum voluntatis creatae, si id decerneret, & reuelaret, à nobis, quorum gradus intellectus specificus per aduersarios etiam, volituum inferri, atque ad conuertentiam dicitur cum illo, haberi etiam volituum demonstratur. Dixi autem, & hic, & saepius certam praesentis, cognitiones, & intellectiones omnes naturales de se motiuas intentionaliter esse ad actum voluntatis in cognoscendo: quod non tollitur, & si ex decreto Dei, non concurrenti cum voluntate per accidens, & extrinsecus fiant eius actus impossibiles, ex defectu causae partialis vniuersalis, cuius virtus eo decreto impedita est ad operandum cum voluntate: quemadmodum, & neque igni Babylónico esse calefactum, atque ignituum de se non abstulit decretum non concurrenti, siue negatio decreti concurrenti cum ipso ad tres pueros comburendos.

4. Verum, ut huius formae arguendi ex fidei similibus actibus, qui excogitari facile in quavis materia, & contra quamvis in illa elegeris conclusionem, inueniatur ipse Antonius Perez ibidem n. 66. fallaciam detexit: vel enim in eo inuoluitur contradictorium eius, quod impugnatur; quare & probandum assumitur, quod ineptum arguendi genus est; vel alia in ipso fidei actu inuoluitur contradictiones, & repugnantiae, & in nostro casu contineri vult Antonius Perez; etenim aut decretum illud reuelatum de non concurrenti cum voluntate creatae, cui ex fide credendum est ipso actu fidei, falsificatur; siquidem ut fide credatur actus, prae affectionis voluntatis nostrae opus est, siue quo assensus ex non euidentiis principis, & motiuus esse nequit; verum, licet communis fidei assensus imperio voluntatis egeat; aut cum cui-

dentia reuelationis, & attestationis diuinae absque imperio, & pia affectione voluntatis non posse solum credi, sed necessario esse credendum certum mihi est. Quare, & fidei actum illum & decreti illius reuelationem absolute non implicare; etsi communiter habent & fidei implicare, & actum voluntatis, atque voluntatem, quae destrui eo fidei actu contenditur, probaret: ut implicaret reuelatio decreti. Deinde non concurrenti ad aliquam cognitionem, cuius intimatio, & assensus fidei non nisi per cognitionem decreto habito repugnantem esse posset. Simile quid est in decreto non praemiandi ullum honestum actum creatum, cuiusque reuelatione, & actu fidei ob illam elicitio: qui essentia sua improbiabilis esset, quare nec absolute meritorius: cum tamen essentia item sua esset honestus, laudabilis, & subinde de se se meritorius esse deberet; in cuius decreti possibilitate, & prudentia, si de omni actu honesto, etiam actu illo fidei, sit, & possibilitate etiam reuelationis decreti illius, non questionem solum, sed prolixos tractatus, innumeris solutionibus, replicis, & instantiis inutilibus confici à Recentioribus auctores finiri, cum tamen difficultas nihili nostrae Theologiae referat, neque ab illis illi sit, quae à Summulis, exercitij gratia agitur de propositionibus se ipsas falsificantibus, cuiusmodi haec est: *Omnis propositio est falsa*, si ipsa in illa vniuersalitate includatur: se igitur ipsis, vel in terminis vel aliisque concernunt similes reuelationes & fidei actus ob illas elicitio destruant & falsificant, sique proinde impossibiles.

5. Denique opponunt: sensitiuum non inferri in irrationalibus animalibus appetituum: ergo neque intellectum in rationalibus volituum: consequentia patet. Tum, quia S. Thomas a quo inferri censet ex sensitiuo appetituum, atque ex intellectu volituum. Tum quia eodem prorsus modo se habet sensitiuum, & sensitiuum ad appetituum, cuiusque appetitionem elicitum, atque intellectum, cuiusque intellectio ad voluntatem, seu volituum, cuiusque volitionem. Antecedens probatur: quia in membris omnibus animalis, & irrationalis, praesentim imperfectis, cuius anima probabilis diuisibilis est, addi sensus, & tamen non adeli in eis, animaeque eas partes informantis appetitus: quid ergo repugnantia erit, si in tota aliqua animalis imperfectissimi possibilis anima imperfectissima sensitiua, appetitus siue facultas appetitus desit. Respondet num. 67. Antonius Perez, & Petrus Hurtado de anima, certum sibi esse in organis cuiusvis sensus externi appetitum etiam residere, quo animi de bono, aut malo praesentis solum, vel gaudeat, vel tristatur id quod inquit communis omnium hominum videtur sententia. Dicimus enim, atque experiri palatum, & gustum delectari dulcibus, & suauibus poculis, & cibis amariisque moleste ferre, & auerari; aures similes concinnis musicis frui, dissonis vocibus vexari; similes de visu, & reliquis sensibus, eorumque organis.

6. Nollem tamen solutionem à minus communi doctrina, & vulgari solum locutione fundata, quae ratio ad Scholasticum rigorem ducta est, pendere: maxime in praesenti, ubi de seruanda, vel eicienda ex demonstrationibus probatione res, & examen est; eademque de causa alias minus firmas aliorum solutiones omittit; illud tamen de hac doctrina obiter dixerim, cum in imperfectis animalculis, quorum animae diuisibiles sunt, neque est memoria deprehensa, eiusque abesse creditur, ut malis, ac vermiculis totam argumenti vim languere. Sed verò in istis, quae memoria obiectorum quavis parte, & organo sensus externi perceptorum gaudent (sunt anima diuisibilis, siue indiuisibilis physice sit) actiua imaginatiua facultatem communem sensarum omnium obiectorum quasi iudicem, atque in eius organo appetitiua residere; nusquam autem in quavis animalis organica parte; etsi harum sententiarum ad imaginatiua, siue internum sensum animalem informandum, ac subinde appetitum mouendum, licet interna sensatione remotius, ordinandam, licet interna sensatione totius suppositi natura sua sunt. Neque enim partibus totius suppositi conferuandi, sed toti supposito, & toti & partium reuerentiam cura naturalis debet incumbere: neque alia de causa communis internus sensus animalibus inditus est, qui plane, si quis particularis sensus, & iudicaturam

vt sic loquar, obiectorum propriorum facultatem & appetitum coniunctum in suo organo haberet, superfluum foret, nec corporis illius respectu commodum moderamen sortita esset, refugiente quavis animalis parte in grata sibi obiecta; prosequenteque, & amplectente sibi inuicem, quia de aliarum partium, aut totius commodis & conseruatione curaret. Vnde in quouis animali naturalis esset naturalium appetitionum interitua discordia, ex quo ad extremam, & vrgentissimam rationem in obiectum tactam constaret, cur totis supposito de scilicet natura sua naturalem appetitum deficere repugnet, et si singulis externorum sensuum partibus, & organis nec deficere appetitum repugnet, immo & de facto eorum singulis deficiat.

CERTAMEN V.

In Deo ex intellectu volituum euidenti-
us adhuc, & irrefragabilius inferri.

Tamet si illatione hac volitui, ex intellectu vniuersim demonstrata singulariter demonstrari intellectu Dei voluntas posset, atque euidenti ratione materia ex intellectu Dei eius volitui, seu voluntati demonstratur, vt docet Ruiz de Montoya citato loco ante appendicem obseruauit: etenim volitua, nec simul intellectu substantia imperfectior plane facitibus omnibus (etiam aduersariis) esset, quam intellectus, que secum traheret volituum facultatem, cui ex prædicto suo specifico conduceretur, & de qua diceretur ad conuertentiam. Atqui Deo debetur summè perfectum intellectum: ergo, quod conueniat essentia sua cum volituum ipsi, quod indefectibiliter, atque euidenter, & infallibiliter inferat, & cum ipso ad conuertentiam dicatur. Maior illa vt dixi omnium, etiam aduersariorum, est, & ostensa certam, 3. num. 7.

1. Etenim videre bonum, & conueniens sibi, nec posse illud appetere, & venari, si ab eis, si adit verò eo frui, & delectari; idque ex impotentia naturalis, ac defectu potestatis maximum naturæ illius malum est: siquidem idem malum natura sua haberet, quod excoctatum antiquis fuit grauissimum Tantali supplicium: videre autem malum imminens, & natura etiam sua non posse illud fugere, & aduersari summa est infelicitas: idque mali essentia sua habere, quod ex accidenti ferreis vinculis religatus rupi Prometheus apud pœnas fabulas habuit. Atque cum boni desiderii appetitus, & possessio gaudium, & fructus; mali vero imminens auersio, & fuga absque volitua, seu appetente facultate; (cuius actus essentialiter sunt) omnino haberi nequeant; intellectum, quod volituum natura sua non esset verique malo natura sua subiaceret: quod quidem, vt de se patet, magna intellectui illius imperfectio, & diuissima est ac summè, & infinite perfecta substantia intellectus Dei verique remotissima.

2. Secundo probatur legitima hæc voluntatis Dei ex intellectu diuino ad voluntatem consequutio ab innumere obiectis eorum, que cum aliis naturaliter in Deo esse demonstrantur, nec sola nobis fide consentiant, tamen deficientissimis enim in creatura omnia dominium, & Principatus Dei supremi, ni eius intellectus secum voluntatem deseret, aboleretur: cum nec posset creaturis pro libito vii; neque rationalibus imperare. Si quidem absque voluntate libitum, neque imperium esse posset: auferretur item libertas eorum in voluntate sola propriè, & primariò resideret. Vnde & diuina de rebus prouidentia, quam rerum vniuersitas prædicat, periret: siquidem iuxta rationes à Deo cognitæ ab eo conueniens hæc, vel illa dispositio, & determinatio repugnet, item, neque præceptum vllum legemque ad rationales creaturas ferre posset, neque intimare: cum lex, & præcepta voluntate determinata superioris compleantur, intimatio verò dicat eius serui, ac præcepta voluntatis determinatæ reuelationemque ab eo noua & reimpugnatione voluntatis reuelandi fieri repugnat.

3. Inferitur insuper dum nullum cordis sui secretum reuelare creaturis rationalibus posse ob rationem proximam. Vnde nec posse præsentia, & præterita alias ignota, futura.

Christoph. de Ori. ga. de Deo Vno, Tomus II.

ve eisdem reuelare; cum tamen non ex sacra pagina tantum oppositum de facto contigisse certum sit: & ratione etiam naturali, ex qua à veritate indefectibili diuinationis seu reuelationis de futuris ad diuinitatis veritatem consequentiam tenere Tertullianus, atque ex communi sensu dictum illud fuit. *Annunciare quæ ventura sunt, & dicimus, quia Dei estis: vt contr. ad. 4. q. 3. referebamus, & (vt reliqua breuitatis causa præteream) supremi artificis prærogatiua deficiente cognoscitio practico (quod necessariò Artificis voluntatem concernit) omnino decisset, deficeret siquidem cognitio practica ad artificium, & artem necessaria; quia practica cognitio artis directiua essentialiter Artificis est ad opus ita exequendum, quod aliter, & absque illa male perageretur; in eo autem voluntas se conformandi cum exemplari, secundum quod exequi opus decernit, concernitur: ac insuper voluntas opus illud exequendi,*



QVÆSTIO III.

De iis, quæ diuinam præcedunt volitionem vniuersim.



SUPPONITVR diuinæ Voluntatis in actu primo (vt aiunt) hactenus statum actus existere: id quod expressius formalis quæ in diuina scriptura asseritur, vt vidimus q. 1. atque datis demonstrationibus q. 2. satis ostenditur vt proinde de eius existentia hic disputare opus non sit, immo verò otiosum, & inutile foret. Quare de iis, quæ eiusmodi actus præcedunt summam disputabimus, quia serè de omnibus disputatum est controu. 2. d. 2. cum de iis, quæ scientiam præcedunt disputemus: Tria sunt, de quibus disputari potest: an, & quomodo diuinam volitionem præcedant voluntas nimirum ipsa diuina, habitus, & volitum obiectum.

CERTAMEN I.

Præcedit voluntas diuinam volitionem:
secus habitus.

ET triplex quidem præcedentia, seu prioritas alicuius respectu alterius vniuersim examinari poterat: Prima durationis; secunda localis, quæ hic locum non habet in voluntate diuina, eiusque actibus, quoad intrinsecum supis, Deoque ipsi identificatis ex fide, & Theologis omnibus, etiam connotatoribus, pro decretorum Dei constitutione assignata. 3. verò prioritas est naturæ, quæ adhuc dupliciter dissectatur: Prima est imitativa per rationem, & purè metaphysicæ, quæ inter essentiam, & attributa omnia, quæ ipsam metaphysicè consequuntur, intercedit, vt vidimus contr. 1. & inter intellectum diuinum, & diuinam scientiam, vt ostendimus etiam contr. 2. d. 2. q. 4. cert. 2. n. 1. solum ergo de vera, ac non solum per rationem ficta, & imitativa præcedentia, & prioritate naturæ, vel quasi naturæ voluntatis diuine respectu sui actus dubitari in præsentiarum potest, cuius resolutioni iacta etiam, serè omnia fundamēta sunt contr. 4. & cert. 1. d. 2. n. 4.

2. Porro omnes opiniones, quas ea contr. 2. & 3. de præcedentia & actiuitate physica intellectus diuini respectu suæ scientiæ reiecit, referri hic possent, ex quippe maioris omnes adhuc verisimilitudinis specie in voluntate diuina, eiusque actibus suaderi posse videbuntur. Quare prima sententia hac in re sit, dati in Dei voluntate physicam absolute talem formalem actiuitatem respectu suorum actuum vniuersim; quare, & physicam præcedentiam. Huius sententiæ Author non extat. Alesius cum aliis citatis q. 3. cert. 1. n. 3. realem formalem ex natura rei actiuitatem, & prioritatem voluntati diuinæ asseruit. Secunda sententia similem actiuitatem, & prioritatem realem virtutalem voluntati diuinæ respectu suorum actuum attribuit, etiam necessariorū, vt vidimus in simili de intellectu diuino respectu suæ scientiæ eodem certamine, quod asserunt non eodem modo explicatur ab omnibus eius Doctoribus.

cloribus. Arrabalis enim explicatio est solum condonata, quod scilicet Dei voluntas si a suis actibus physice differret eos physice produceret. Reliquorum vero explicatio non quidem actiuitatis condonata, sed productionis est, sed absolute omnino virtualis: quia nimirum ita se voluntas gerit respectu volitionis, quam non producit, ac si produceret, ut vidimus eo certam. n. 2. & n. 3. sine. Tertia sententia sit voluntatem diuinam, ut necessariorum actuum realiter virtualiter actiua, & prior natura physice non sit, quia neque ab ipsis realiter virtualiter distincta est: aut respectu suorum actuum liberorum talem esse: id quod supponitur, ac necessariò in hac, & secunda sententia supponenda, distinctioni reali virtuali conformius videtur, & consequentius.

3. Dico primo: Nulla realis physica prioritas, & actiuitas ex assignatis conuenit voluntati diuinæ respectu alicuius diuinæ volitionis: quatuor negatiue conclusiones in nostra hac prima continentur. Prima contra eos, qui docuerint dari in voluntate diuinā physicā, & realem formalem actiuitatem, & præcedentiam respectu volitionis diuinæ cuiusvisque: cuius oppositum, ut pote erroneum, nullus Theologus fuit, qui asseruerit: inferunt enim ex opposito esse inter prædicata diuinā, quoad intrinsecum sumpta, physicam realem formalem distinctionem, quæ diuinam soluat (quam fides adstruit) simplicitatem, & unitatem: siquidem omnis actiuitas, & prioritas realis formalis naturæ vnius respectu alterius, in quouis ordine, & genere sit, earum in ipso distinctionem inenitabiliter arguit, & supponit. Secunda ex contentis conclusio negat actiuitatem, & prioritatem realem formalem ex natura rei inter diuinam voluntatem, & volitionem. Tertia vero neque realis virtualis in sensu vulgari actiuitatis virtualis: utramque probatam in simili habes citata q. 3. certam. 2. in sensu vero Arrabalis minus vitato certam. 4. Conclusio quarta ex contentis in hac prima negat eiusmodi actiuitatem, & præcedentiam realem virtutalem voluntatis diuinæ respectu suarum etiam liberarum volitionum: manet probata, atque ab obiectionibus expedita eadem q. certam. 3.

4. Dico secundo: Datur in diuinā voluntate, etsi non physica physice influxiva, vera tamen, nec solum ficta, actiuitas, & præcedentia intentionalis respectu diuinæ volitionis, tam libera, quam necessaria: probationem habes eadem d. 2. de scientia q. 4. certam. 2. n. 4. ubi ex eo primum, quod intellectus diuinus vera, ac non ficta operatio sit, veram potentiam actiuiam debere supponere ostendebamus: item ex eo, quod vita in actu primo vera actualis sit, Deique vere viuens, vitam, & principium sui actiuium, & suo modo vere receptum necessario habere: quæ omnia pro volitione militat diuinā, quæ æque Dei operatio, & vita in actu exercito sue actualis est, & in ordine ad quam æque, atque in ordine ad suam intellectiōem, vere viuens in actu primo Deus est: sicut autem ibidem, quia actiuitas diuini intellectus vera, nec pure ficta, physica esse non poterat, ut citata q. 3. ostenderamus, veram intentionalem esse docuimus; ita etiam de actiuitate, & præcedentia, etsi non physica, vera tamen, nec solum ficta, diuinæ voluntatis, respectu diuinæ volitionis intentionalem solum esse in præsentiarum asserimus.

5. Sed quoniam assertio hac in potentia intellectiua Dei respectu scientiæ diuinæ à nostro Quirō data, fors tamen non satis penetrata, certè non explicata, vocum lus, ac difficultatis elusio pura visa nostro Ribadeneiræ fuit, huius impugnationem, & difficultatem ipso explicatius, & vrgentius proposuimus n. 5. ac designata diuersitate obiectiua significati potentie actiue physice, à potentia actiua solummodo intentionali, non vocibus solum sed rebus eius difficultati, & argumento respondimus n. 6. ostendens potentiam siue actiuitatem physicam ab intentionali præcisè potentia, & actiuitate in eo plane differre: quod illa ad aliquid denudè physico influxu suo ponendum essentia sua actiuitas, & potentia sit: quare, & à termino (siue ab actione diuerso, siue ipsi identificato) physicam, & realem distinctionem diuinis impossibilem importat; vera tamen, ac minime ficticia, intentionalis solum potentia dicitur tantummodo, quod veritari, & profectui, vel fugere, & auerfari obiectum siue (quod ipsum est) terminum, quin ipsum producat, vere, ac non fictè queat: quod Deo (si vera volitio, amorque boni, & mali fuga

denegetur) non potest denegari: eo autem concepta potentia illius à suo actu distinctio non requiritur, tamen in potentis intentionalibus nostris, quia intentionis, & volitionis creatæ simul physice potentie sunt, requiritur distinctio: quare respectu operationis, & impropositi actus ipsi potentia identificati vera, & realis intentionalis potentia in Deo esse potest optime.

6. Dico tertio: volitionem illam diuinam nullas habuit in Deo præcedit, est contra Henricum, Mayronem, & Arriagam citatos controu. 2. d. 2. q. 6. certam. 2. n. 2. est autem reliquorum Theologorum ibidem citatorum, ut opposita, hoc, & proximis retrò sæculis merito singularitatis notetur, cum absque apparenti nedum, quam nostre conclusionis, firmiori fundamento contra omnes Theologos solus Arriaga antiquam duorum opinionem sequatur. De utroque autem habitu genere probata abundè, & propugnata conclusio à nobis fuit in simili de habitibus intellectualibus certam. 1. citato: de supernaturalibus, quos nemo in intellectu & voluntate diuinis ad suos actus præcedere docuit ex imperfectione, & incomplectione in genere potentie, quam in eis habitus supernaturales necessariò supponerent, vidimus n. 1. de naturalibus vero habitibus, seu acquisitis siue adhabilibus constat etiam ex dictis ibidem à n. 3. cum in summe perfecta potentia volitiua diuina facilitas, siue exilio difficultatis operandi ex parte potentie prædicatum metaphysicum essentialiter inclusum sit: quare essentia sua, diuina voluntas ad suos actus, siue necessarios, siue liberos, & honestos virtutum omnium abique vilo alio prædicato metaphysice ipsi superaddito concipi accessio debet.

CERTAMEN II.

De specificatio adæquato voluntati diuinæ, eiusque respectu huius præcedentia, seu prioritate vera.

1. De volitionis diuinæ primario obiecto, & adæquato specificatio totidem, atque de primario diuinæ scientiæ obiecto, & specificatio adæquato sententia sunt. Et quidem de primario diuinæ volitionis obiecto Deum ipsum, & formaliter metaphysice, quæ bonum, primarium obiectum esse Theologis omnibus communis: de specificatio autem non Deum solum, quæ bonum, adæquatum volitionis siue specificatum esse, sed creaturam etiam, quæ à Deo non propter seipsum (ut videbimus) solum, sed propter seipsam, directè etiam, amatur, volitionis diuinæ specificatio esse consequens sententia alteri est quam contr. 2. d. 2. q. 5. certam. 1. n. 1. ex pluribus Scotti Nominalibus Heiræ, & Recentioribus nostris reuolimus: quorum fundamenta toto illo certamine dilectimus. In re autem præfenti ea sententia de amore creaturarum à Deo propter ipsas, nec solum propter seipsas, ex mera sui complementa, quam putamus verissimam ac in sequentibus statuimus, non ita facile fundamenta sententiæ huius disiciuntur.

2. Sic nihilominus conclusio. Deus qua in se bonum adæquatum obiectum, non primarium solum, sed specificatum etiam est. Communis est Theologorum conclusio probata in simili de adæquato scientiæ diuinæ specificatio certam. illo 3. citato num. 1. & 2. Pritmo ex infinitate simpliciter, & è genere suo tali per denegationem termini, etiam extrinseci, omnibus diuinis prædicatis, ac subinde diuinæ volitioni communi, cum istiusmodi autem infinitate volitionis pugnant plures in Deo formales volitiones vnamque ex eis, quæ ex homogeneis partibus, metaphysice compactam reperiuntur: ac proinde vnam simplicem, ac infinitabilem, adhuc metaphysice, solummodo Deo concedi necesse est, quæ in Deum primo, & primario feratur, atque ex ipso, ut ex obiecto primario, & specificatio infinita simpliciter, & è genere suo euadat, ut deinde secundariò la creatura omnia ab ipso: vlla in genere volitionis additione creaturatur: ut sapienter contr. 2. ex dictis contr. 1. explicamus.

Disput. I. Quæst. II I. Certam. II. II

Probatur secundò ex dictis in simili citato certam. 1. num. 4. quia, si diuina volitionis, quoad intrinsecum creata specificatum forent, diuina volitio, quoad intrinsecum creata penderet, essetque æque, atque creata ipsa, quoad intrinsecum, defectibilis, nec maioris necessitatis, quam ipsa; quod, & falsum ibi, ac sæpe alias ostendimus, etiam respectu possibilium, & in volitione complacentiæ Dei erga absolute futura omnino apud omnes absurdum.

3. Opponi præfate conclusioni duo poterunt. Primum est: omne motuum formale volitionis est etiam specificatum eiusdem: atqui creata, & possunt esse, & de facto sunt obiectum motuum formale volitionis diuinae: ergo, & specificatum discursus inoffenso currit. Minor probatur ex dictis, & suppositis num. 1. quia id propter quod aliquid amatur eius amoris obiectum formale motuum & specificatum est; atqui creata obiectum specificatum eius amoris, quo ita à Deo amatur, omnino sunt. Maior vero per se videtur nota: quid enim potius, certiusque actum specificat, siue intellectus siue voluntatis, quam eius formale motuum, ob quod, seu propter quod is elicitur actus. Nihilominus distinguenda est hæc maior: quæ adeo dicitur perspicua. Omne motuum formale volitionis, quæ ipsam non supponit in sua specie, & entitatem constituit, concedo maiorem: quæ illam ita constituitam supponit, nego maiorem: quia, quod supponit specificatum, nequit ab alio posterius adueniente specificari: & similiter distinguo minorem, creata sunt obiectum formale motuum volitionis diuinae, quam supponunt in sua specie, & entitatem aliunde constituitam: fateor: quam non ita supponunt, nego: & inde negatur consequentia. Quomodo autem Deus amari à se propter creaturas, tanquam propter finem quæ, non autem propter illas, tanquam per medium formale sciri, diximus controu. 2. d. 7. quæst. 1. certum. 1. num. 7. ubi Dei bonitatem, non solum perfectionis, & quasi ad se, sed vilitatis etiam, & quæ creaturis suis proficuum entitatis sua est volitionis suæ specificatum ingredi docuimus.

4. Opponi secundò poterit, Dei autem in genere suo, & simpliciter infinitum, per termini etiam extinseci, designationem sufficienter, & adequatè ex eius bonitate, & perfectionis, & vilitatis specificari, vt creatorum omnium amor oblique vlla amoris formalis additione bene intelligatur extendi. At verò, cum non solum se, & creata amet, sed mala culpæ, & moralia (vt fides docet) odit, & odii huius specificatum in Deo intrinsece esse nequeat, (cum odii specificatum malum sit, cuius nec physici nec morales, vel vmbra in Deo reperiatur) sit planè actus odii Dei specificatum malitiæ Deo extrinsecum esse debere, ac proinde Deum omnium voluntatis suæ affectuum adequatum specificatum non esse. Respondetur eandem Dei bonitatem infinitam esse specificatum odii diuini erga mala moralia: eodemque quoad extrinsecum amore sui, & extrinsecorum bonorum, extrinsecum etiam mala moralia auerfari.

5. Sicut enim eadem bonitas, quæ ex parte principij intentionali actui ad se quoad exercitium, & creata bona quoad speciem amanda determinatur, & atque ad mala moralia odio habenda, ita etiam eadem bonitas sua obiectiua ad illorum amorem, horum verò odium est obiectiua determinatur etiam Deus: ac proinde ex eadem bonitate intentionali, & actiua, & specificatiua, amor bonis, atque mali odium, eodemque indubili etiam metaphysice actu procedit, ob debitam affectibus, actibusque diuinitatis & genere, & conceptu suo infinitatem simpliciter quoad locum in creatis nostris affectibus contingit: quia, neque ex parte eiusdem principij nostri volitui determinati ad bonum sumus, neque eodem obiecto ad bonum, quoad malum intentionali, etiam obiectiue, mouemur ac impellimur; neque affectus vllus voluntatis nostræ ex genere, & conceptu suo simpliciter infinitus est, esseve possit, quo etiam pacto respondendum est obiectioni falsi obiectis.

6. Dico secundò: Deus ipse, quia bonus, siue eius explicata bonitas verè realiter intentionali prior, ac præcedens quasi natura, est ad suæ voluntatis affectum. Con-

clusio etiam probata est in simili conclusione de obiecto specificatiuo diuinae scientiæ controu. 2. d. 2. q. 1. certam. 2. num. 6. ubi enim eo numero versus medium verosimiliter putarim oppositum, atque rationi petite à paritate veræ præcedentiæ actiue intellectus diuini ad scientiam solutionem subiunxerim; tamen sub eius numeri finem solutionis debilitatem recognoscens conclusi obiectum specificatum scientiæ æque verè priorè intentionali, obiectiue scientia quam specificat, esse, atque intentionali actiue intellectus prior illa sit: quia, tam obiectum specificatum, quam intellectus ad scientiam, quam in suo quodque genere ponit, verè intentionali supponitur: quod ipsum est vtutemque formaliter, in suo quodque genere, esse verè intentionali prius ipsa, & intentionali præcedens. Hoc autem argumentum eodem modo, & robore de obiecto specificatiuo actus voluntatis diuinae veram respectu huius intentionalem præcedentiam, & prioritatem euincit. Nihil autem, quod formale specificatum amoris, seu volitionis diuinae non sit ipsa verè prius esse, constat ex inibi dictis: quia, cetera, quæ ab specificatiuo diuersiushue realiter, siue formaliter sunt, etiam à Deo amantur, amorem supponunt constitutum, vt ad ipsa extendatur, ac proinde non ponunt: nihil autem, quod aliud verè vltatenus ponit, prius ipso verè esse potest: quare nulum materiale diuini amoris obiectum verè illo prius est.

7. Supponimus hæcenus diuinam bonitatem specificatum volitionis, siue affectus voluntatis diuinae esse: id quod, etiam certum, notissimumque omnibus sit, summam tamen probandum: quia amoris obiectum formale, & specificatum est bonitas seu bonum, quæ talitergo, & amoris diuini, sed non alia bonitas, quam summa, & diuina: hæc igitur sola est amoris diuini adequatum obiectum formale, seu specificatum. Minor probatur primò: quia ab obiecto formali specificatiuo amoris tota essentia, & perfectio ex parte obiecti definitur, & taxatur: implicat autem cum summa amoris diuini necessitate, & perfectione, & creatam bonitatem ad sui consistentiam supponere, atque ab ea perfectionem suam taxari: ac proinde è sola simpliciter, & ex genere suo infinita bonitate increata potest obiectiue defini. Etenim Aristot. 1.0. Ethicor. c. 14. circa medium semel, & iterum sub inferius ait: *Præstantissimamque cuiusvis, & optimam operationem esse, erga optimum eorum, & præstantissimum ex eis, quæ ipsi subiunguntur*: quare 12. met. c. 9. text. 1. g. infort: *Deum non fore optimam substantiam, si non sit principale sua intellectionis* (ac subinde volitionis) obiectum. Secundo: quia præstantissimum bonum, ac proprium ac perfectissime cognitum excellentiæ, & proprietatis titulo maxime amabile esse Deo debet.

8. Tertiò: vt actu simplicissimo Deus amet, vt debet, obiectum formale, & specificatum omnia bona ab ipso amanda, & amabilia eminentissime continens debet habere; alioquin pro amatorum, seu amabilium pluralitate amor diuinus multiplicaretur: si vnicuique specificatum speciale, nec illud omnibus commune, esset: aut extra bonitatem Dei eius conditionis specificatum non est: ergo, sola diuina bonitas est amoris diuini specificatum. Quartò: quia summa bonitas vniuersalissima, & simplicissima summe simplicissime, atque vniuersalissime amabilis natura, & essentia sua: atqui ita solum amari potest in creato amore diuino; creato, enim ita amari potest in illum, vt terminum essentialem suæ amabilitatis, Dei bonitas concernit, ac subinde de facto amatur: nihil enim diuinum est in potentia, adhuc logica, sed actu, & exercite existens, vt ostendimus contr. 1. d. 2. de Dei existentia, & essentia agentes. Quintò probatur, & confirmatur antecedentes probationes à paritate veritatis diuinae, quam scientiæ Dei adequatum obiectum specificatum esse monstrauimus contr. 2. d. 2. quæstionibus proxime citatis. Mitto probationes alias ex scriptura, & Patribus à nostro Ruiz adductas d. 2. de voluntate sect. 1. quia, si conclusionem directè probent; tamen in sensu in quo, & à Ruiz, & ab aliis Theologis communiter intelliguntur nihil probant, vt d. 2. videbimus: quare solo Bernardi testimonio sem. 59. in Cantica subiungit probationes huius conclusionis concludo. *Amar, & Deus spem amantem, nec aliunde hoc habet, sed ipse est unde amar*: quid autem bonitas diuina metaphysice claudat (nam physice claudit diuina omnia) diximus contr. 1. & controu. de Trinit. d. 6. q. 3.